



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi  
Thomae tomi quinque**

Priorum vigintisex Quaestionum eius Partis expositionem complectens

**Suárez, Francisco**

**[Köln], 1617**

Ad Evndem De Hac Posteriori Editione Admonitio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93775](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93775)

AD EVNDEM DE HAC POSTERIORI  
EDITIONE ADMONITIO.



**H**uius Operis editione prior: Veritus sum ne longum id nimis, prolixum-  
que videretur, postea vero a multis, quibus credere par erat, plane intelle-  
xi, multa potius in eo concisiora visa fuisse, quam exigebat argumenti &  
grauitas & difficultas. Præterea post librum hunc in lucem editum alij  
prodierunt, qui doctis illis quidem, acutis que contra nostram doctrinam  
obiectionibus, excitarunt, impuleruntque nos, vt que prius scripseramus,  
vel explicaremus amplius, vel confirmaremus ac defenderemus. Quod v-  
trumque in causa fuit, vt liber non parum excreuerit: vix enim vlla in eo  
disputatio reperietur, non multo, quam edita primum fuerat, locupletior, vt non immerito nouum  
aliudque opus possit & appellari, & existimari. Faxit Deus vt quemadmodum prodit maior, pro-  
deat & melior atque vtilior. d vnum constanter affirmare potero, eum mihi animum semper fuisse,  
eaque de causa nulli operi, nullique labori pepercisse me, vt veritas ipsa cerneretur atque stabili-  
retur, nihilque contentioni ergo aut olim statuisse, aut denuo confirmasse, sed solius amore verita-  
tis: qua eadem mente hos ab omnibus optamus legi libros. Neque verò mirari te vellem, Christiane  
Lector, cum autores & Catholicos & pios, diuersas sæpeque repugnantes sequi, tuerique sententias  
videris: in his enim que certa fide non sunt stata, inter viros etiam sanctissimos eam fuisse opinio-  
num varietatem & accepimus & legimus. Cumq; idem omnium scopus sit, inuestigatio vide-  
licet, inuentioque veritatis, eam opinionum siue diuersitatem, siue contrarietatem,  
aut Christiane charitati officere, aut ex animorum desunctione proue-  
nire, putandum non est. Vale.

INDEX